

ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ
ΠΑΡΑΣΙΤΟΣ
ΕΠΙ ΔΕΙΠΝΟΝ
ΚΛΗΘΕΙΣ.

LIBANII SOPHISTÆ
PARASITVS OB
COENAM OCCISAM
SE IPSVM DEFERENS.

*EX BIBLIOTHECA REGIA.
INTERPRETE FED. MORELLO
PROFESS. REG.*



LVTETIÆ,
Apud CLAVDIUM MORELLVM, via
Iacobæa ad insigne Fontis.

clō. lōc. 1.
Cum priuilegio Regis Christianiss.

LIBANI SOPHISTÆ
PARASITVS AD

COENAM VOCATVS, QVO
CITIVS ADESSET, EQVVM E CIRCO
accepit, eo vectus venit ad ædes eius qui vocaue-
rat. Cùm verò ante ianuam atriensem esset ara,
Equus Metam esse ratus flexit, & correptum in-
fessorem Parasitum abduxit. Hic Cœna fraudat-
us, postridie defert se coram Iudicib.



*U*as exequor ærumnas, ne dicere
quidem apud vos queo: tanto ma-
ctatus infortunio sum in omnibus.
Nec enim vox mihi suppetit, iam-
dudam fame enecto: Et memoria
vis effluxit; somno non fruenti. Nam In som-
quì inani ventre dormire integrum nia me-
fuit? Duntaxat fami eousque obsistere suffeci, quoad morix
vbi qua perpeffus sum vobis enunciaram, vitam finiam. officit.
Qui enim vita mihi vitalis est, cùm epulo tam lauto & Græc.
adipali excederim? Qui porro prauortere non melius & Pag. 4.
antiquius est, quàm alios audire narrantes & quibus ipsi
cupediis potiti sint, & quibus mihi bonis frustrari soli
contigerit? qui & talia primùm apisci, & aliis enarrare
assueueram. Quocirca, Iudices, cæteris etiam quibus ean- In le-
dem quàm nos artem factitare libuit, tunc optabilior vi- mon
tà mors videtur esse, quando desunt qui cœnam exhibeāt, inim
& domi suo succo victitare coguntur. Et belle, opinor, & Plant.